

Deinde probatur hoc sacramentum non multiplicari numero ex pluralitate fumentum, vel fumptionem actu positum, ut alii loquuntur: quia una, & eadem hostia potest pluribus sumi, ut si aliquis hostiam jam ab alio sumptam, & ejectionem post hanc ob stomachi debilitate, incorruptis speciebus sumeret, & tamen esset idem numero Sacram. atque ita in tali casu cum pluralitate fumentum, & fumptionem flaret unitas numerica Sacram. Possit etiam dari casus, ut quis eandem hostiam bis, vel ter sumat, ut si postquam hostiam sumpsit illamque per tres, vel quatuor horas retinuit, & incornuptis speciebus eiecit, eadem potest iterum sumere, & novam gratiam recipere, & tamen esset idem numero Sacram. licet multae fumptiones, ergo unitas, vel pluralitas numerica huius sacramenti ex unitate, vel pluralitate fumentum, aut fumptionum desumi non potest, quomodo tuncque id explicetur.

63 Tercio dicendum est, pluralitatem numerica Eucharistie fumentum esse ex pluralitate numerica specierum consecratarum. Hac est iuxta primum dicendi modum ab initio quaestiones relatum, quae est communior, & probabilior apud Auctores, pro prima conclusione adductis: Fundamentum est, quia tota essentia sacramenti Eucharistiae in speciebus consecratis consistit: ergo ad earum multiplicationem debent quoque sacramenta numero multiplicari, & Christus hoc sacramentum instituit in specie consecrata panis secundum se, & in specie consecrata vini secundum se, & secundum earum physicam unitatem, qua in qualibet harum specierum independenter ab altera est significatio corporis, vel fignificatio Christi, & significatio practica, vel factiva gratiae, & proinde plures hostiae consecratae, etiam si simul consecrentur, & sumantur, adhuc sunt plura numero sacramenta, quia sunt plures numero distincta; & physice discontinuata, & in qualibet seorsim, & ab altera independenter hoc sacramentum est institutum; & plane sicut pluralitas numerica aliorum sacramentorum desumitur a pluralitate numerica signorum sensibilibus ut patet de baptismo, confirmatione, poenitentia &c. ex quibus constituntur, ita pariter discurri debet de Eucharistia.

Confit, quia ratione discontinuitatis eorum, in singulis speciebus distincta significatio, & distincta materia, & forma, & facta spectantur discontinuatione, signata qualibet specie panis consecrata valet dicere, hoc est signum sensibile continens corpus Christi, sic etiam signata alia, & signata pluribus verum est dicere, haec sunt signa sensibilia contentiva corporis Christi: ergo discontinuatio physica specierum sufficit ad multiplicationem numerica earum in ratione signi, & sacramenti. Nec rursus valet Orlandi solutio, hoc argumentum solum probare, ex discontinuatione physica resultat duo vel plura Eucharistiae sacramenta secundum quid numero diversa, non vero absolute, & simpliciter, quia non multiplicatur corpus Christi, quod intrinsece cum speciebus hoc Sacram. constituit. Non valet, inquam, quia ut saepe dictum est, Christus in Sacramento Eucharistiae reperitur tantum, ut signatum, & realiter contentum sub speciebus; plura autem signa possunt significare idem signatum, quia unitas termini nihil facit ad unitatem concreti relativi, sicut duo alba ad tertium comparata non unum, sed duo similia dicuntur, ad distinctionem siquidem, & multiplicationem concreti relativi satis est distinctio subiecti, & fundamenti, & multiplicatio formae denominantis; hoc autem totum habetur, facta specierum discontinuatione, nam eo ipso habentur distinctae species numero, & diversae numero significationes in eis fundatae ad idem numero signatum.

64 Hic rursus advertendum est cum Bernali, Morando, & aliis nostrae sententiae sectatoribus, ad multiplicandum numerice hoc Sacram. formaliter in ratione integri sacramenti non sufficere multiplicationem specierum panis tantum, vel vini tantum, quia ut supra dictum est, praedicte species seorsim sumptae sunt quidem verum Sacram. ut loquitur Conc. Trident. non tamen integrum quoad modum significandi; sed partes integrantes unum perfectum: tunc igitur solum habetur multiplicatio numerica sacramenti integri formaliter, quando iuxta multiplicationem numericae panis multiplicatur pariter species vini, ex quibus integrum coalescit sacramentum; quod si solum multiplicentur species panis, vel sola species vini, erit multiplicatio utriusque sacramenti, sed non integri, & perfecti formaliter, modo iam explicato.

ARTICULUS QUARTUS.

Objectiones soluta.

65 In oppositum Primo obicitur, quia ad multiplicationem Eucharistiae non sufficit specierum multiplicatio, sed requiritur etiam, quod multiplicetur corpus Christi, ex quibus omnibus intrinsece hoc Sacram. componitur; ergo per solum pluralitatem specierum non multiplicatur numero hoc Sacramentum. Confit, quia si idem numero corpus habet plures albedines, non dicentur plures alba, non ob aliam rationem, nisi quia quamvis essent plures albedines numero diverse, non essent tamen plura corpora sed idem: ergo a pari, quia in pluribus hostiis esset idem numero

corpus Christi, non multiplicatur numero hoc sacramentum per solum specierum multiplicationem. Denique si Verbum divinum plures naturas humanas assumpisset, adhuc tamen plures homines non fuisset; ergo neque plures particulae panis vel vini consecratae sunt plura sacramenta; Consequentia probatur, quia in omnibus idem numero corpus, & sanguis, sicut in omnibus illis humanitatibus idem Verbum divinum.

Resp. negando assumptum, quia corpus Christi non est signum sed signatum, & contentum in Eucharistia, neque habet aliquod ex praedicatis sacramenti, quia non est signum sensibile, nec gratiam causat alio modo, quam extra, ut constat ex dictis quaest. praeced. Ad Confitem, negatur consequentia, concreta namque adiectiva, cum importent formam, ut alteri adiacentem, non multiplicatur, nisi multiplicato subiecto, cui adiacentem, non tamen sacramentum, non corpus Christi, sed potius species ipse se habent, ut subiectum significationis sensibilibus sacramentaliter contentens corpus, & sanguinem Christi, iuxta in hoc casu habetur multiplicatio subiecti, scilicet specierum, ac etiam formae, scilicet significationis sacramentalis, atque ideò necessarium sequitur multiplicatio numeralis sacramenti. Ad ultimum, quicquid sit de antecedente, etiam eo admissio, adhuc neganda est consequentia, nam idem in eo casu esset unus, & non plures homines, quia cum naturis assumpsit non multiplicatur suppositum, quod in ea opinione necessarium est ad multiplicationem concreti substantivum, in proposito autem ad pluralitatem numericae sacramenti sufficit pluralitas numerica signorum sensibilibus, & significationis sacramentalium, quae reperitur in pluribus hostiis consecratis solo numero distinctis.

66 Secundo obicitur, quia sacramentum corporis Christi dicitur in recto ipsi corpus Christi, sic enim loquitur Ambrosius, de iis, qui intantur c. 9. sacramentum, quod accipis, corpus est Christi, & idem est de sacramento sanguinis, & in obliquo tantum dicitur species consecratae, sed corpus Christi sub omnibus speciebus est unum numero; ergo sacramenta illa omnia sunt unum numero; & consequentia patet, quia concretum dicens unum in recto, & plura in obliquo, non multiplicatur ad multiplicationem eorum, quae dicitur in obliquo, sed illius, quod dicitur in recto. Confirmatur per Apostolum ad Corinthios, ro. dicentem, Omnes unum corpus sumus in Christo, qui de uno pane, & de uno calice participamus; ergo si omnes fideles sunt unum corpus numero mystice cum Christo ratione unitatis eiusdem cibi, & potus, omnia sacramenta, quae participant sub speciebus panis, & vini, sunt unum numero sacramentum; alioquin non bene deduceret unitatem numericae corporis ab unitate cibi, & potus; sicut non rite quis iniret, non idem numero corpus esse, quia de eodem alimento in specie participamus. Tandem arguitur ex D. Ambr. qui ex unitate corporis Christi infert, non esse plures hostias, sed unam; ita enim dicitur super caput ro. Epist. ad Hebraeos una hostia, non multa, sicut enim quod ubique offeritur, una est corpus, & non multa corpora, ita & unum sacrificium, sicut igitur idem est sacrificium quoad tem oblatam, ita est idem sacramentum.

67 Resp. negando maiorem, ut satis constat ex dictis quae praeced. imò potius res e contra se habet, quod hoc sacramentum species importat in recto, & corpus Christi tantum in obliquo, atque ideò numero multiplicatur ad earum multiplicationem; ad probationem maioris patet ex ibidem dictis, Partes vocatae Eucharistiae corpus Christi, sed eo quod continet Christi corpus, accipiendo contentens pro contento, quo etiam sensu vocat calicem sanguinem Christi, cum tamen hoc aliter verum esse nequeat, nisi quia continet sanguinem Christi. Ad Confirmationem negatur consequentia, quia Apostolus ab unitate eiusdem corporis, & sanguinis Christi, quae sub speciebus panis, & vini participamus, infert unitatem numeralem corporis mysticam, non autem ab unitate sacramenti. Ad ultimum negatur consequentia, licet enim in Eucharistia sacramentum, & sacrificium sint idem materialiter, non tamen formaliter; sacramentum enim supponit pro speciebus, cum sit signum sensibile gratiae subsistentis, & sanctificantis; sacrificium vero pro re oblata, quia consistit in oblatione victimae, oblatio autem, cum sit actio, numerice unitatem sumit ad re oblata, quae cum sit una, nempe Christus, unum constituit sacrificium; species vero multiplicatur, & ideò ab unitate sacrificii non bene infertur unitas numerica sacramenti.

68 Tercio arguitur ex absurdis, si enim ad pluralitatem specierum sumeretur pluralitas sacramenti Eucharistiae. Primo sequeretur, quod sumens tres species, tria sumeret sacramenta, imò & Sacerdotem tres hostias partes fumentum tria sumeret sacramenta, & si una hostia in centum, vel mille partes divideretur, centum, & mille sacramenta evaderent. Secundo sequeretur, quod sacerdos plures species in pixide deferens, tria diceretur deferre sacramenta, & Laicus accedens ad communionem, diceretur accedere ad sacramenta, non ad sacramentum. Denique si plures species essent plura sacramenta, plures etiam gratias causarent, vel plures gratiae gradus, etiam quando simul sumuntur, quod est falsum. Nec valet consuetudo respōsio, in tali casu unam tantum conferre gratiam, & eisdem gratiae gradus, quos una sola sumpta conferret, id est

id tamen fieri per accidens, quia una fumpcio, & applicatio limitatur ad unum effectum. Non valet, inquit Card. de Lugo, quando enim plures causae applicatur per unum applicationis actum, non cessant producere effectum quaelibet suam; ergo licet plures physice fumptiones unam numero facerent mortalem, si tamen plures species plura essent sacramenta, ad hanc rem non cessarent effectus; tum quia sumptio est solum conditio causalis in sacramento, unde parum refert, quod sint sumptio, vel plures, dummodo plura sint sacramenta.

69 Resp. concedendo primam, & secundam sequelam, physice enim loquendo re vera sunt plura sacramenta, quamvis moraliter, & in communi modo loquendi dicantur unum sacramentum; Negatur tamen tertia sequela, quia quando plures species simul sumuntur, non conferunt nisi eandem gratiam, quam conferent singulae si seorsim sumerentur, & ratio est, quia tunc omnes sumuntur per modum unius refectionis spiritualis, eo modo, quo etiam in convivio corporalibus plures cibi, & plures potus materiales dicuntur unum convivium, quia una fumpcio moralis applicatur ad refectionem corpus; quare esset unitas, vel pluralitas fumptionis nihil faciat ad unitatem vel pluralitatem huius sacramenti in ratione sacramenti, bene tamen in ratione convivii. Neque huius alia ratio assignari potest, quam divina voluntas, quae ita hoc Sacram. instituit, ut sumptio multarum specierum, sive simul, sive successively, dummodo omnes earum fumptiones unam facerent mortalem fumptionem, unam tantum gratiam causarent, licet quaelibet ex illis nata sit ex se conferre eandem gratiam, si sola proponeretur sumenda in ea refectione; sicut si quis pluribus piceo dicitur confiteretur, & ab eisdem simul aut successively aboleretur, unam tantum reciperet gratiam. Ad instantiam Card. de Lugo, licet assumptum in causis physice verificetur, non tamen semper in moralibus, quia ad multiplicationem causae in genere mortis non sequitur necessario multiplicatio effectus; ut si duo baptizent, vel ungant, vel absolvant, unum effectum adhuc habebit suscipiens, scilicet de speciebus illis in eo casu dicendum est, quae habent modum unius ex una fumpcioe, est solum physice plures, tunc enim ad unum effectum ordinatur in suscipiente; Et licet sumptio sit solum conditio causalis in sacramento, adhuc multum refert, quod sint plures, vel una, nam in moralibus attendenda est voluntas legislatoris si enim cum aliqua conditione, & circumstantia debeat aliquid pro aliquo effectu, vel fine, illi conditio, & circumstantia determinat effectum, & finem; Quia ergo specierum sumptio pro causatione gratiae est necessaria conditio, si est decreta quaelibet sumptio, & cuiuslibet speciei, semper causabit gratiam; si vero non quaelibet, & quarumlibet, sed quando habet rationem unius, ut de facto hoc Sacram. est institutum, tunc una causabit gratiam, bene discurrat Brancatus in solutione huius difficultatis disp. 17. artic. ult. in fine.

Quarto arguitur probando unitatem numerica huius sacramenti pendere ex physica continuatione, sed ex moralis specierum continuatione, nam plures contritiones, & confessiones physice possunt facere unum numerum poenitentiae Sacram. ut si ponamus hominem accedere ad confessionem cum duplici alio dolore, & singula peccata bis confiteri, in tali casu ex parte materiae sunt partes, quarum singulae sufficerent ad unum Sacram. ergo plures quoque fumptiones physice poterunt unum mortalem numero fumptionem unum; sacramentum facere; consequentia probatur, quia eadem modo actus isti & illi videntur se habere ad re sacramenta. Confit, ex paritate convivii, in quo licet de eodem cibo, puta pane, vel carne plures sumatur unum tamen dicitur convivium, ergo pluralitas fumptionum eiusdem cibi Eucharistiae facit unum mortalem fumptionem, & unum sacramentum, quia est unum convivium, & una refectione. Tandem negari non potest, Sacerdotem tres partes hostiae, quam dividit in missa, successive fumentem, unum tamen suscipere sacramentum; & quidem ista unitas aliunde attendi non potest, nisi ab unitate moralis fumptionum, quae scilicet omnes illae fumptiones ad unum convivium ordinantur, & unam refectionem.

71 Respondetur negando consequentiam; ratio disparitatis est, tum quia Eucharistiae est sacramentum permanente, reliqua vero consistunt in applicatione, & usui, & tunc primum, & solum habent esse; tum quia in poenitentia omnia illa peccata reposita sunt una integra materia, & una accusatio, quae subsistit, ut absolutio in Eucharistia vero, licet eam plures partes specierum invenimus continuatae conferantur, constituantur unum numero sacramentum, ut accidit in Poenitentia, tamen vel si plures de continuatae conferentur, vel una consecrata dividatur in plures, constituntur necessario plura numero sacramenta, in plures, constituntur necessariae plura numero sacramenta, siquidem & in qualibet separata ab alia, & conferre gratiam numero distinctam distinctis subiectis, vel eidem diversis tempore. Ad confirmationem negatur consequentia, quia ut dictum est supra, in sacramento Eucharistiae alia est ratio convivii, & refectionis spiritualis, quae ei convenit in usu, alia est ratio sacramenti, quae ei convenit etiam in esse permanente, unde licet unum sacramentum, sed remota, & de qua re

num constituit unum convivium, & unam refectionem spiritualem, non tamen unum sacramentum; dicitur autem fumpcio plarium specierum unica communio, tum quia una actioe moralis celebrata est, sine morali interruptione, tum quia per ea unica gratia confertur. Ad ultimum negatur assumptum; quamvis enim tunc sacerdos unam tantum dicitur spirituale recipere refectionem, adhuc tamen tria dicitur sumere sacramenta in vigote metaphysico, quia tres suscipit species distinctas, & separatas; neque id negari potest, si semel concedatur Eucharistiam esse signum sensibile, multiplicatio enim signo sensibili eucharistico, multiplicatur etiam Eucharistia, sicut multiplicatis signis sensibilibus baptismalibus, multiplicatur baptismus, & sic de aliis.

Dices hinc sequi, quod in quot particulas divideretur hostia, quam aliquis suscepit, tot etiam gratiae portiones reciperet, quia quaelibet ex illis particulis nata est ex se conferre tantam, vel tantam gratiam, si sola sumeretur. Negatur consequentia, ut enim dictum est supra aliquid requiritur ad constituendum unum numero sacramentum, aliud ad conferendam multiplicem numero gratiam; ad primum enim satis est, quod sit diversum numero signum, & potens sit quantum est ex parte sua conferre gratiam, ad secundum vero id non sufficit, sed praeterit requiritur diversitas applicatioe moralis per diversam actionem mortalem, quare licet quando sumuntur duae hostiae, sumantur duo sacramenta; tamen quia sumuntur eadem fumpcioe moraliter continuatae, sicut una integra sumptio reputetur, & consequenter unico premio, & gratia digna; quod totum pendet ex institutione Dei, ut supra dictum est, quia ad hoc ut per hoc sacramentum conferatur gratia, voluit requiri, tanquam conditionem quandam, vel applicationem, talem actionem mortalem.

72 Quinto tandem obicitur: unitas Eucharistiae non est unitas continuatae, sed integritatis, ut dictum est; ergo ad constituendum vel unum, vel multiplex numero sacramentum, non est recurrendum, vel ad continuationem, vel ad divisionem specierum sacramentalium. Confit, quia ex speciebus panis, & speciebus vini constituitur unum numero integrum sacramentum, ut dictum est nu. 64. ergo multo magis constituitur ex duabus aut pluribus speciebus solius panis, siquidem haec magis inter se conveniunt, quam illae.

Respondetur esse quidem unitatem huius sacramenti unitatem integritatis, sed nihil prohibet hanc esse multiplicari numero per solum partium discontinuationem, nam hoc videmus accedere tum in naturalibus, ut in ligno diviso in partes, & sic de aliis: tum in numero aliquo exercitui, licet enim sit unus unitatem integritatis, tamen si in duas partes aequalis dividatur, constituntur duo exercitus numero, item in refectione licet enim ea continuata per longum tempus sit una refectione, tamen si per horam verbi gratia discontinuetur, moraliter censetur duplex refectione, ita ut talis interruptio jejuniis impediatur; itaque simili modo licet ex pluribus speciebus continuatur una numero refectione, tamen cum haec sint distincta, constituantur plura sacramenta. Ad Confirmationem negatur consequentia, sicut enim in physice ex corpore, & anima rationali fit una perfecta humanitas, ex duplici autem anima rationali non item, licet magis conveniant, ita licet ex speciebus panis & vini constitui possit unum numero sacramentum, non tamen ex pluribus speciebus solius panis, ratio disparitatis est, quia per species panis, & vini simul non multiplicatur eadem ratio, id est integra ratio sacramenti expressa per modum cibi, & potus, quam simul sumptae significant, sed potius integratur; per plures species panis non integratur una ratio ratio, sed eadem multiplicatur, siquidem tota ratio, quae est in una specie, reperitur in alia sub diversa numero realitate.

QUESTIO TERTIA.

An Panis, & Vinum materia necessaria, ex qua conficiatur Eucharistia.

73 Postquam in precedentibus tractatum est de materia proxima permanente, ex qua constat hoc sacramentum; nunc de remota transeunte, ex qua conficitur, est agendum, quae duplex est, altera ex qua conficitur corpus, altera ex qua conficitur sanguis dicitur autem materia remota Eucharistiae panis, & vinum; quia ut supra diximus ex Scoto 4. d. 8. qu. 1. in eo praesertim hoc sacramentum a ceteris differt, quod ubi in fundamento aliorum sacramentorum concurrunt materia, & forma, ut partes intrinsecae, & essentiales illa constituentes; in huius sacramenti substrato nec materia, nec forma proprie acceptae reperiuntur; quod enim significatio Eucharistiae fundat, quae est ratio formalis sacramenti, sunt praecise species ipsae sensibiles, sive accidentia panis, & vini unde panis, & vinum proprie loquendo potius consecrationis materia sunt dicenda, quam sacramenti Eucharistiae, ut supra dictum est de verbis, quod potius sunt forma consecrationis, quam ipsum sacramenti; quoniam tamen consecratio est inchoatio, & fieri Eucharistiae, hac ratione panis, & vini dici quoque possunt materia Eucharistiae, non quidem proxima, sed remota; de qua re

De summa Trinitate. & fide catholica c. firmiter Florent. no intru-
dione Amenorum in decreto Eugenii. Tertium est Eucharistia sa-
cramentum cuius materia est panis triticus & vinum de vite. Trid.
sess. 1. can. 1. Declarat etiam Doctor hoc vinum esse debere de una
expresiu. quia modum liquor est in uva tantum, habet magis ra-
tionem comestibilis, quam potabilis; unde multum ex uvis matu-
ris ex pressum esset quidem in rigore materia valida, quamvis aliqui
de hoc dubitent, non esset tamen conveniens, donec sit purum, &
sufficiens concoctum, eo quod multum semper habet aliquam
imperfectionem, & mixturem alterius rei; in casu tamen necessi-
tatis non esset peccatum in multo consecrate, ut patet ex c. cum
omne crimen de consecr. d. 2.

83 Ex quo sequitur nullum alium liquorem a vino vitis esse ma-
teriam sufficientem, atque ad excludendum primo vina, quae non
sunt vitis, puta ex pomis, malogranatis, moris, frumento, & simili-
bus, quae non sunt vinum de vite, & vinum appellatur, eo quod
colorem vini referant, & similitudinem, & admodum vini consistant;
secundo liquores aliqui, quia licet sint ex uvis, non tamen
sunt vinum vitale, puta agrestis, fasa, aquarum, acetum, si jam proprie
sit acetum, tunc enim specie differat a vino, ut ex utriusque diversis af-
fectionibus, & proprietatibus constat; nam si sit vinum, quod solu
incipiat acere, esset adhuc materia sufficiens, sed non conveniens,
unde conscientiam in illo vocatum non sufficit aequum, vel ut alii di-
cunt, lora, quia nec simpliciter vini dici potest, nec vini substantiam
habet, cum sit ex maceratis aqua vinaceis post multum ex acinis
expressum; Ubi tamen fieri solet vinum, cum aliqua aqua infusio-
nis, vel in musto, vel in racemis antequam exprimantur, ex vigore
vini iudicandum est, & proportionem aquae; an talis portio vini sub-
stantiam retineat, & intendit potest esse materia dubia, quoad va-
lorem, vel saltem illicita quoad usum, quod quidem peritotum ar-
bitrio discernendum est. Tertio tandem excluditur a materia apta
calicis vinum in pane imbibitum, quia tale vinum non habet ra-
tionem potus, qualis esse debet materia calicis; quamvis si post co-
nsecrationem imbibitatus, conseruabitur ibi sanguis Domini, donec
vini species succentur, & simpliciter corruptantur, quia quoad
hoc fluxus requiritur ad consecrandum, quam quoad conservandum;
& ratio est, quia in consecratione debet verificari pronomen, quo
sanguis per pronomen. Hic demonstratur per modum spiritualis
potus, facta autem semel consecratione, talis demonstratio non est
imply necessaria, sed sufficit tantum retineat species vini.

84 Secundo dicendum est, vinum quoque congelatum esse suffi-
cientem consecrationis materiam. Hec est contra Alanum, Le-
desmam, Armillam, Henricum, Nugnum, & alios paucos id ne-
gantes, quia vinum dum congeletur videtur substantialiter immu-
tari, vel si in eadem substantia vini permantet, tamen in tali dispo-
sitione non est materia potabilis, quae sicut in clufo, in acinis, vel
in pane imbibitum non erat aptum consecrationis, ita neque gela-
tum: Tum quia sicca aqua congelata non est baptisimii idonea,
quia non est apta ad ablationem; non est apta ad consecrandum ad Eu-
charistiam, quia non est apta ad potum; Assertio tamen posita est
communis aliorum, & probatur ex oppositis fundamentis, quia ut
docet Scotus 4. d. 12. q. 4. vinum condensari potest, & tate fieri sub-
stantia Eucharistia, quia rarsificatio, & condensatio substantiam
vini non destrunt, sicut congelatio aquae, olei, & c. iusqueque al-
terius liquoris fluxibilis non destruit praefatos liquores, unde si post
consecrationem accidat congelatio, adhuc permanet ibi sanguis
Christi, ut habetur in rubrica Missalis, & similiter si vinum con-
gelatum liqueat, potest optimè consecrari, ex quo manifestè
deducitur per congelationem vinum substantialiter non immu-
tari, sicut nec alios liquores fluxibiles. Tum quia vinum conge-
latum adhuc per se quidem & ex natura sua est materia potabilis, li-
cet per accidens in tali statu licet de glaciati commode potari non
possit; quia etiam in tali statu licet deglutendo potari non possit,
potest tamen potari sugendo, ac etiam si diminutum deglutatur,
potus se habet ut potus, quam ut cibus, & magis sumitur ad extin-
guendum sitim; quam famem, & hinc est, quod ita sumptum non
soluit jejuniu Eucharistia, quod tamen uva solueret, & hoc
non alia ratione, nisi quia uva per se habet rationem cibi, vinum ve-
ro gelatum potus; Et hinc est, quod etiam in eo statu bene dem-
strari potest per pronomen, Hic, & posset etiam bene vocari hic po-
tus; unde non est eadem ratio de vino gelato, & eadem in acinis
incluso, vel in pane imbibito: Et tandem valde differt a materia
baptisimii, ad quam aqua gelata deservire non potest, quia ibi
materia proxima est ipsa actualis ablutio, sed hic non est ipsa actualis
ablutio, sed vinum per se potabile, ac demonstrabile, per quod
remanet opposita fundamenta soluta, ac demonstrabilia, per quod
quod est in vino gelato potest fieri valida consecratio, tamen gra-
viter peccaret, qui ita consecraret propter reverentiam, licet
etiam non desint, qui id negent, ut videri potest apud Suarez
dis. 45. sc. 1.

87 Tertio dicendum est in calice tum vino aqua esse miscenda
in parva quantitate talem tamen mixturem non esse necessarium
necessitate sacramenti. Hae etiam est communis inter Catho-
licos, & Scoti loc. cit. & quidem quod in consecratione calicis

aqua sit apponenda, in pluribus Concil. definitum est Tolet. Car-
taginensi, Bracharensi, & in Florentino in decreto Fidei, ubi ait: ma-
teriam calicis esse vinum, cui aqua modicissima admisceri debet,
& tandem in Trid. sess. 22. c. 7. & can. 9. omnes conveniunt in
nullo casu Sacerdoti licere aquam omittere, & si omittere, gravissi-
mè peccare, ideoque si ante consecrationem adverteat aquam non mi-
scuisse, tenetur semper illam apponere; Quod autem huiusmodi
mixtio non sit necessaria consecratione sacramenti ex eisdem etiam
Conc. colligitur; consuetudo enim dixit Flor. materiam esse vinum,
cui aqua ante consecrationem sit miscenda, non autem dixit esse vi-
num, & aquam, vel mixtum ex vino, & aqua, sed tantum dixit vinum
ubi de Sacram. Confir. loquens absolute dixit materiam illius esse
oleum balsamo mixtum: Accedit, quod idem Conc. praecipiens
Armenis servare hunc ritum miscendi aquam vino, ait hoc facien-
dum esse propter conformitatem Ecclesiae non propter veritatem
sacramenti. Idem expresse deducitur ex Trid. quod tota sess. 13.
de hoc Sacram. tractans quoad omnes fidei partes nunquam de aqua
verbum facit, sed solum postea sess. 22. dicit misceri debere ex
Ecclesiae precepto: Qua de causa in regulis Missae notatur, quod si
Sacerdos post consecrationem adverteat se aquam vino non infu-
disse, non debet amplius infundere, & Car. Rom. trac. de Eucharis-
tia, docet, quod si aqua desit ad hoc sacramentum consistit, & vali-
dum est. Denique nullum asserit potest fundamentum alicuius
momenti, quod aqua sit materia necessaria consecrationis calicis,
nisi quia fert traditio Ecclesiae Christum in hunc modum conse-
crasse, scilicet adhibita mixture aquae cum vino, quod hoc ratio non
urget, alioquin si omnia, quae tunc Christus adhibuit, essent de ne-
cessitate sacramenti, ergo etiam panis azimus, & qualitas vini albi,
vel rubri essent sic necessaria, quod non dicit; quia Christus vo-
luit essentialia solum, quae substantia actionis concernebant, quia
Sacram. corporis, & sanguinis sui instituit; in solo autem vino sub-
stantia consecrationis perfecte salvatur quia maxime aptum ad si-
gnificandum per modum potus spiritualis Christi sanguinem.

86 Sed obicit, Christus consecravit vinum aquae permixtum, ut
docent SS. Iacobus Apostolus, & Marcus Evang. in suis Liturgiis;
& Clemens Papa lib. 8. Const. c. 12. & Pater communiet; sed post
consecrationem dixit hoc facite in meam commemorationem; ergo
inquit pro materia huius sacramenti vinum aqua permixtum;
Consequenter probatur a simili, nam ex eo Doctores collegerunt
panem esse necessarium materiam ad consecrationem in corpore
Christi, quia Christus cum panem consecrasset dixit, hoc facite in
meam commemorationem; ergo cum post consecrationem vini
aqua permixti dixerit eadem verba, debemus dicere tale vinum ef-
se de necessitate sacramenti. Resp. ex superius dictis, verba illa
Christi, hoc facite in meam commemorationem, referenda esse rati-
onem ad actionem proximam consecrandi substantiam panis, & vi-
ni, de qua actione loquitur Evangelista; non autem ad actionem
remotam, per quam vino admixta fuerit aqua ad hoc, ut conversa
prius in vinum deinde converteretur in sanguinem, de qua actio-
ne Evangelista non loquitur; Ex quibus patet nullam esse neces-
sitate, ob quam verba illa intelligatur de remota illa actione ad-
miscendi aquam, sicut nec ex eo, quod Christus consecravit in azi-
mo vel ex vino rubro, & non in utroque & postea dixit hoc fa-
cite &c. licet inferre, vel solum azimum, vel solum alterutrum vi-
num esse materiam sufficientem consecrationis.

87 Quarto dicendum est, praedictam aquae mixturem esse tan-
tum de necessitate precepti, & ecclesiastica tantum, non vero divi-
ni. Hae etiam est Scoti loc. cit. & magis communis Theologorum
contra quosdam Recentiores dicentes, esse ex precepto divino; Et
probat eisdem Conc. iam citatis, in Florentino decenter, ut Ar-
meni debeant aquam admiscere, quia omnes Ecclesiae ab initio hoc
servaverunt, & servant, & inconvenientis est, ut aliqua regio disere-
pet ab hac universali observatione, quibus Conc. verbis satis aper-
te indicatur necessitate faciendi talem admixtionem per e
consuetudine Ecclesiae ac proinde precepti Ecclesiastici cum consti-
tutum vim habeat legis. Deinde quia Concil. Trid. sess. 22. cit. c. 7.
expresse dicit, preceptum esse ab Ecclesia, ut Sacerdotes in vino
consecrando aquam miscant, quo loquendi modo Conc. non ob-
scure indicat, non esse in Ecclesia cognitio dei divini precepti
circa hanc rem. Nec valet cum relectis Recentioribus respon. nolisse
se praedicta Conc. decernere, an id esset de precepto divino. Non
valet inquam, quia urgebat occasio, ut id decernerent, si tale pre-
ceptum adesse censuissent; Trid. enim in illo cap. Sacerdotibus in-
cavit fructu obligationem huiusmodi mixturem aquae cum vino
in consecratione calicis, unde ad augenda obligationem utique
preceptum divinum inculcasset, si censuisset adesse; Flor. pariter
Armenos intendebat abducere ab errore consecrandi purum vi-
num, adducendo motiva, cur tenerentur offerre vinum aqua mix-
tum, inter quae utique divinum preceptum praefertim proposuisset
si adesse censuisset. Denique aliunde nequit hoc divinum preceptum
deduci, nisi ex facto Salvatore, quia scilicet, consecravit vinum a-
qua mixtum, & post factum dixit, hoc facite in meam commemora-
tionem; at hoc fundamentum non urget, ut supra diximus, alioquin
etiam panis azimus esset de precepto divino; quia Christus in eo
con-

eo consecravit, & post consecrationem eadem verba dixit, sicut
ergo de pane azimo praecipit huiusmodi non extat, ita nec; de
aqua vino miscenda; & verba illa Christi praecipiva, hoc facite
&c. referenda sunt; ut diximus, ad actionem proximam tantum
consecrandi substantiam vini, non autem ad remotam; per quam
vino admixta fuerat aqua.

88 Sed obicit primo D. Cyprianus ep. 69. ubi expendens illa
verba Christi, hoc facite in meam commemorationem, qualitate
huius precepti de aqua vino miscenda ex illis Evangelicis verbis
conatur deducere, a quibus ipse ait, non licet discedere. Deinde
arguit ex Conc. Cartag. can. 24. in quo dicitur, nos esse monitos,
& instructos a Christo Domino, ut calicem cum vino aqua mixto,
sicut ipse obtulit, offeramus. Tandem arguit ratione, quia Chri-
stus aquam miscuitur, & legis lator; ergo eius factum
habuit vim praecipuam.

Resp. variè explicari solere D. Cyprianum loc. cit. sed si eius ver-
ba bene perpendantur, vera videtur verba illa, hoc facite &c. non
solum ad actionem consecrandi materiam sacramenti, sed etiam
ad actionem miscendi aquam, & consequenter exitum illam
illam fuisse a Christo praecipiam; sed D. Cyprianus opponimus re-
liquos Patres verba illa solum referentes ad immediatam actionem
consecrandi panem, & vinum, unde etiam has tantum substantias
dicunt esse necessarias ex precepto divino; & quidem si solum Cy-
prianum excepimus, nullus est SS. Patrum, qui eiusmodi precepti di-
vini mentionem faciat. Ad 2. dico ex verbis Concilii non colligi
id fuisse ab ipso Christo praecipiam, de multis enim rebus nos
Christus instruxit, & admonuit, quae non praecipit, praefertim cum
illa ad monitum aliud non continerent, quam quod ipse ita fecerit, &
quod omnis actio ipsius sit nostra instructio, & consequenter ad-
monitio; Ad ut. negatur antecedens, ea enim fecit, ut instruitur,
& legislator, quae sunt substantia sacramenti, cetera nequaquam
nec quaequid Christus fecit in sacramenti huius institutione, iussit
ut deinceps Sacerdotes facerent, sed solum quantum ad ea, quae er-
rant de substantia sacramenti, & ad hoc tantum referenda sunt ver-
ba illa praecipiva, Hoc facite, sicut quamvis Christus consecravit
in azimo, & postea dixit, hoc facite, non per hoc praecipit conse-
crationem deinceps fieri in pane azimo, ut supra dicebamus. De-
niq; si Christus ipse ita iussisset non apparet, quod id solum esset
de obligatione precepti, & non de necessitate sacramenti; cum ergo
constat Christi hanc missionem non instituisse, tanquam ad valo-
rem Sacram. necessarium, ut ipse quoc; Adverteat concedat sequitur,
ut nec etiam sub obligatione sui precepti illam innoxie dicatur.

89 Quinto tandem dicendum est, hanc aquam in substantia esse
debere naturalem, non artificialem, ut est to faceval similis, quia
illa simpliciter intelligitur no mine aquae, & praecipit talis ad-
mixturem potissimum esse ad imitandam mixturem a Christo fa-
ctam, qui sine quibus aquam admiscuit naturalem; & in casu, quo
illa deest, nullatenus per illam aquam artificialem suppleri po-
tesset; sed alium liquorem. Deinde huiusmodi aqua in modica qua-
ritate adhiberi debet, nisi in Conc. Flor. cit. dicitur illam esse de-
bere modicissimam, & idem docet Ecclesia usque, cuius debet
conformate tenetur; & ratio est, quia quilibet parva aqua gurtas
admodum sensibilis sit, sufficit ad significationem, ad quam ritus
hic deservit; & ex alia parte, quo minor est aqua, eo commodius
potest in vinum converti, & deinde cum ipso in sanguinem; & hec
est ratio, quam Doct. adducit 1. 1. q. 7. in fine, ubi ait ita modicam
esse apponendam, & ita tempelive, ut ante consecrationem possit
in vinum converti, quia non converteretur in sanguinem, nisi prius
sit conversa in vinum, de quo quae sequenti.

QUESTIO QUARTA.

An aqua misra vino immediate in sanguinem Christi converti possit

90 In hac celebri controversia haec tempestate duplex viget sen-
tentia, Prima, & quidem antiquissima negat aquam vino mi-
scendam converti in sanguinem Christi, & asserit mediate
tem ipsius vini, ex quo sequitur conversio eius in sanguinem; Hanc
docuerunt omnes antiqui Scholastici, & Scholam Antesignani
missis, & Scotis, & sequuntur Recentiores communiter Valen-
tia, Suarez, Vasquez, Amicus, Averfa, Orlandus, & ex nostris Aretius,
Carrus, Catinus, Hiquet, Gavarius, Braucatus, & quamplures. Al-
tera sententia, & quidem novissima, ac his temporibus inventa di-
citur aquam immediate converti in sanguinem, ita Aretius, Conic,
Card. de Lugo, Caspensis, Bernal, Morandus, & alii Recentiores,
quibus ex parte adhaeret ex nostris Poncius, qui ait probabilis ef-
se, si auctoritatem spectes, aquam vino mixtam non converti in
sanguinem, nisi prius convertatur in vinum; si vero rationem spe-
ctes, aequè probabilis est, quod cum vino immediate convertatur
in sanguinem sine conversione in vinum.

Dixi vero hac tempestate duplicem hanc sententiam vigere, na
pioribus temporibus aliae quoque de hoc puncto extabant sententiae
Meld. in Quart. Sentent.

modo obsoleta, nam Innoc. Tertius cum Marthae de Celebratione
Missarum, tres de hac re Scholasticorum referret sententias, primam
asserentem vinum, & aquam, quae in hoc sacramento miscetur, di-
vina virtute mutari in sanguinem, & aquam, quae de latere Christi
profluxerunt, secundam asserentem aquam vino mixtam transubstan-
tianti in sanguinem prius in vinum conversam; Tertiam docentem
aquam remanere cum accidentibus vini in sanguinem non conver-
sam; Ex quibus tribus sententiis secundam desinit esse tenendam,
tanquam probabilior, alii duabus relictis, & de hac nova senten-
tia modo a Recentioribus inventa nec quide verbum facit; Unde
salutem est, quod ait Brancatus disp. 18. a. 5. ab initio articuli, hanc
quoque opinionem ibidem ab Innocentio referri, quae scilicet, hanc
vino converti immediate in sanguinem Christi; siquidem Poun-
tix ex ibidem tres solum iam adductas memorat opiniones; & qua-
dam alla sententia refertur ab eodem Pontifice cap. quadam eodem
titulo, quae dicebat, aquam converti in flegma conjuncti sanguini,
seu in humorem flegmatici Christi, quia supponebat aquam illa,
quae de latere exivit, non fuisse elementarem aquam, sed flegma;
nec unquam illius opinionis meminit, quam defendunt Recentio-
res citati, asserentes aquam, & vinum immediate in sanguinem Chri-
sti converti, quae proinde nova est, & his temporibus solum inventa.

91 Quoniam vero inter principes rationes, quibus in lib. de Gen.
& Cor. in quest. de formis elementarum, ad ostendendum primas
qualitates non esse substantiales eorum formas contra Cremonini,
ea theologica fuit ex Venerabili Eucharistiae sacramento deducenda,
quoniam in hoc sacramento docemur has qualitates remanere, ubi
tamen omnis substantia deperit, quoniam tamen adhuc magis urge-
re diximus, si cum probabili sententia tenetur aquam etiam in vi-
num non transmutatam converti in sanguinem, quia tunc non so-
la mixti frigiditas remaneret, sed etiam elementatis aquae; Hoc di-
cto Ferschus noster offensus, quod talem opinionem probabilem
dixerimus, in suo libro de sent. pag. 116. acerrime nos redarguit, &
ex instituto integram disputationem Theologicam scripsit, quam
in duo capita divisit, probans in primo capite ex auctoritatibus
eius opinionem esse improbabilem, novam, & in fide periculosam,
atque suspectam; quod etiam in secundo capite decem rationibus
stabilitate conatur, quoniam vero nil novi ad id ostendendum, ut ipse
iactabat, profert, sed auctoritates, & rationes, quas etiam illius opi-
nionis sectatores passim adducunt, & solvunt, praefertim Aretius,
Conic, & Card. de Lugo, nec eorum solutiones Ferschus addu-
cit; nos in lib. de purgationum abusu solum quereles quereles, ad osten-
dendam illius opinionis improbabilitatem, & talis censura acritate
reprimendam, omnes, & singulas illas auctoritates, & rationes de-
monstramus jam antea ab illis Auctoribus fuisse adductas, atque so-
lutas, quorum solutiones cum ipse nec retulerit, nec rejecterit, con-
tundimus tandem ipsum quibus, hoc procedendi modo in sua dispu-
tatione eisdem opinionis probabilitatem tacite falsum fuisse.
Hoc inquam, fecimus, non quia opinionem illam teneamus, & illis
solutionibus aequiescamus, sed ut ostenderemus Ferschum in pu-
ga defectibus, iam adeo patenter, Adver sariorum occurfus refugit;
defectum igitur Ferschus in hac questione pro nostra tenentate
supplere tentabimus, in quoque auctoritatibus, & rationibus
communem sententiam defendemus singulas solutiones, & obje-
ctiones Adversariorum adducendo, & refellendo.

ARTICULUS PRIMUS.

Sententia negativa statuitur.

92 Dicendum est cum prima communiore, & antiquiori sen-
tentia, aquam vino mixtam non immediate, sed tantum
mediate in sanguinem converti, quatenus prius in vinum conver-
tatur per ipsius vini virtutem, ex quo sequitur conversio eius in
sanguinem. Conclusio est Scoti loc. cit. dist. 11. q. 7. in fine, dum
ait aqua ita modicam esse vino apponenda, & ita tempelive, ut ante
consecrationem possit in vinum converti, quia non converteretur
in sanguinem, nisi prius sit in vinum conversa; & est communis in
utraque schola Thomistarum, & Scotistarum. Primo itaque probat
auctoritate Ecclesiae; sed ratio ex ritu Ecclesiastico desum-
pta, qua utitur Conc. Flor. in decreto de unione Armenorum, &
Catec. Rom. quia dicitur, Ecclesia iubet, ut modica aqua infun-
datur vino, ut scilicet, facile eo brevi tempore converti possit in vi-
num, & sic tandem convertatur in sanguinem; alioquin si apta esset
converti immediate in sanguinem, non oportuisset tam sollicitè
de tanta parvitate aquae curare, quae etiam fuit ratio Doct. loc. cit.
Nec valet dicere cum Lugo Concil. Sac. locus, locutus fuisse de con-
versione aquae in vinum, antequam in sanguinem; late sumpta quoad
denominationem vini predominantis in illo compositi. Non valet,
quia tunc satis fuisse dicere, aquam debere esse minorem vi-
no; cum ergo dicant aquam debere esse modicam, quia in vinum
converti debet, antequam in sanguinem, late deducitur illos fuisse
locutos de vera conversione aquae in vinum.

93 Respond. Aretius in peculiari opusculo de hac re, utique, Conc.
Flor. alioque Patres decessisse modicissimam aquam esse apponen-
dam.